

COMMEN- TARIUS BREVIS

RERVM IN ORBE GESTA-
RVM, AB ANNO SALVTIS M. D.
VSQVE IN ANNUM M. D. LXXIII.

ex optimis quibusque Scriptoribus con-
gestus; per LAURENTIUM
SVRIUM Carthusianum.

Nunc verò pro Continuatione adiecta est Historia
MICHAELIS AB ISSELT, inci-
piens ab anno 1566. vsque ad annum
1586. ab eo recens aucta & re-
cognita:

Cum INDICE Copiosissimo.



*Esta conforme al Ex-
puratorio de 1690.
Por comission del Sto
officio.
M. Juan de Torres*

COLONIAE,
Apud Arnoldum Quentelium,
Anno M. DCII.

Cum gratia & Privilegio S. Caesaris Majestatis:

num. 22. cap. 2. num.

Coll. Soc. Insv Salm. ex dono Regum

de A. 1690

ILLVSTRIS-
SIMO PRINCIPI
AC DOMINO, D. ALBER-
TO, COMITI PALATINO
Rheni, ac vtriusque Bauariæ
Duci, &c. Domino suo
clementissimo,
S. P. D.



VMante annos non
multos D. Naucleri
Chronica in officina
Quenteliana denuò
essent excudenda, il-
lustris. Princeps, cle-
mentis. Domine, ro-
gavit me D. Geruinus Calenius, Iuris
Licentiatus, mihi ob animi candorem
& morum integritatem charus, vt ad
Nauclerum adijcerẽ eius tẽporis histo-
riam, quod ab illius Chronicis interim
effluxisset. Maluissem ego alterius ea in
re opera illũ vti potius voluisse, quòd
illi argumento parũm essem idoneus:
sed cùm non occurreret alius, coactus
est à me petere, quod permulti alij lon-
gè & felicius & absolutius atque etiam

COMMENTA- RIVS BREVIS

RERVM IN ORBĒ GESTARVM AB
anno Salutis millesimo quingentesimo, vsque in annum
LXXIII. ex optimis quibusque scriptoribus con-
gestus per F. Laurentium Surium
Carthusianum.



Scripturus histo-
riam breuem no-
stri seculi, nō in-
commodē, neque
incongruē ab il-
lo mihi initiū fa-
cturus videor, quī
fuit eius seculi
singulare quoddā
& eximium de-
cus ac ornamen-
tum, nempe CA-
ROLO V. Ro-
manorū Imp. qui
à multis (vt est à
quodā viro graui
& nobili annota-

tum) amor & deliciae generis Christiani dicebatur. Atq;
cuius optimi & potentiss. Imperatoris crebra, eaque ho-
norifica in hoc Commentario fiet mentio: qua in re no-
lim me quisquam putet aut coningere aliquid, aut da-
re affectibus: sed scribere bona fide, quae apud grauissi-
mos scriptores inuenerim. Et poteram ego his adferre
multò plura atque maiora, sed breuitati aliquid donan-
dum erat, & declinanda hominum sinistra iudicia, qui
ferè ex seipsis de alijs aestimant, quæque se aut nolle, aut
non posse præstare norunt, eã nec ab alijs fieri potuisse
arbitrantur. Quod si verò in illius prædicandis virtuti-
bus copiosiores erimus, quàm aliorum etiã laudatiss.
simorum regū & principum, nemo id putet cuiusquam
contemptu fieri: neque enim operis breuitas permisit
omnia omnium præclare gesta commemorare, & certè
tanta huius principis in Remp. Christianam merita ex-